



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De magnitudine beneficij, quod inter Christianos pios natus & educatus
est. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

mirarum gloriam, diua Iulitta b apud Basilium magnum non ta-
cuit. Non parui tamen beneficij loco deputavit, quod dignioris
& firmiteris sexus honorem circa sua merita sortitus erat.

4. Sed neque impatientius tulit, quod non Græcos, sed Teuto
esset natus. Sciens nullum verè Christianum, & Christianis in-
stituti ornatum, ubicumque terrarum natus sit, etiam si verue-
cum in patria; in ista ratione barbarum vocari. Eamq; regionem,
in qua nasci contigit, supra ceteras florere eximia in Christum
pietate, & misit hunc monasticæ religionis amore.

5. Neque denum magnum æstimavit Philosophicum factum,
aut seculari eruditionem: sciens sine illis, modò charitatem &
pietatem colat, quemlibet supremam assequi posse beatitudinem,
multosque à sincera pietate per literas immodicas auersos. Ve-
rum quatuorculogis atque benedictionibus, iam grandior effe-
ctus, mirificè in Domino gaudis est. Primò, quod inter Christia-
nos natus, & Christianis sacris à primordio vitæ initiatus est.
Deinde, quod Christianis ortus parentibus, & iis piis ac medi-
cis. Tum, quod pueritiam atque adolescentiam suam ab optimis
viris & piensissimis contigerat institui. Ac demum, quod mona-
sticam vitam inter religiosissimos viros ageret. De quibus singu-
lis lubet altius, ad bonorum exhortationem, repetere.

CAPVT IV.

*De magnitudine beneficij Dei, quod inter Christianos
pios natus & conuersatus est.*

1. Grandior itaque factus, summi beneficij loco à D. Aurelio
Augustino doctus censuit, quod recens natus, Christiano
baptismate esset renatus, & in Christiana pietate, religione, fide,
& persuasione, & teneris vnguiculis, cum à parentibus optimis,
tum à sacerdotibus tenellæ ætatis præceptoribus institutus. Id
siquidem à bono rerum æstimatore plaris est faciendum, quam
seclusa fide obtinuisse aut Cræsi opes, aut Alexandri monarchiã,
aut Salomonis sapientiam & gloriam.

2. Nōne enim quam plurimos bonã indole præditos, beneque
in moribus institutos, propterea perditos, quod Christiani non
essent. Nam quis (vt cæteros taceam) armauit indulgentissimæ
Barbaræ patrem in filiam, nisi mala persuasio de idolis, à maiori-
bus cultis? Quis Traianum, Decium, atq; alios principes Roma-
nos, quos aliòquid dicunt fuisse non malos, in sanctissimos, Chri-
sti martyres factis fecit? Nimirum eadem pessima de diis suis
persuasio, per quam occidendo sanctos, & vita dignissimos, ar-
bitrabantur sese obsequium præstare Deo. Infelix profectò pa-
ter, & infelices principes, sic à via veritatis aberrantes, vt quibus

exemplo 4
inter mi-
racula S.
Agnetis,
post ser-
monem
octauunt.
b Hom. 5.
in S. Iu-
littâ mar-
tyrem.

Ioan. 16.

VITA THOMAE A KEMPIS.

iustitiæ lumen non illuxit, & Sol intelligentiæ non est ortus. Scriptum enim est: Nisi credideritis, non intelligetis. Felix contra Thomas noster, qui ab initio vitæ Christi sacris est illustratus, & præcipuis virtutibus ornatus, & qui ab adolescentia sua portavit iugum Domini.

3. At nunc, si ad mores seculi nostri respicere vacet, videamus plerique omnes solo nomine Christiani: quin etiam in id peccare, quod sanctissimum Christi nomen sic assumimus in vanum. Vbi enim est nunc veritas, Christiano digna? Vbi fides? Vbi iustitia? Vbi charitas illa maiorum nostrorum gemina? Vbi sanctæ vitæ splendor? Vbi vestium simplicitas? Vbi vigiliæ? Vbi ieiunia? Perierunt hæc, (nisi in religiosis domibus) omnia. Et in eorum locum, successerunt teterrima vitiorum monstra, præsertim hæc tempestate, suborta hæresi etiam in Sacramenta Christi blasphemata, vsque adeo, vt quod Christus Iudæis interminabatur, iam ingruentibus Turcis verendum sit nobis, vt malos malè perdat, & vineam suam locet aliis agricolis, (Christianis tamen, sed melioribus) qui reddant ei fructum temporibus suis. Verum quia optimi viri sanctissimam vitam, non satyram scribendam receperunt, non addam verbum amplius.

Exodi 20.

Matt. 21.

CAPVT V.

De paupertatis excellentia & eius amore, à Thoma nostro à parentibus imbibito.

1. Secundò, ingentis beneficii duxit loco, quòd parentibus piis & iis modicis natus esset. Sicut enim, authore Augustino, Ecclesia Stephani protomartyris precibus conuersionem debet Pauli: & authore Ambrosio, D. Monica piensissima matris lachrymis, Augustini: Non enim fieri (inquit) potuit, vt tantarum lachrymarum filius periret. Ita Thomas debet parentibus, & nos Thomæ, tot paupertatis, modestiæ, seu humiliationis, & patientiæ præconia: quæ cum sæpe alibi, tum in opere de tribus tabernaculis habentur maxima.

S Aug. ser. de S. Stephan.

Georg. Pirc Karmær.

2. Natus enim est patre opifice, quotidiano labore victum ægrè queritante Campis, vrbe insigni in Traiectensi diocesi, siue, quod alij sentiunt, in agro Campano: matre autem, (vt Carthusianus pater scriptum reliquit) humili genere, quod ego interpretor, fortuna tenui. Nam vt ipse in vita Florentij de se attestatur, receptus est patrociniò Florentij in domum matronæ sanctæ, deinde in domum pauperum clericorum: & utrobique elemosynis educatus. Piensissima autem matris, exhortationibus, sanctioris doctrinæ, & per eam religionis imbibit amorem. Paterna autem vita, ad omnem laborem indurata, omni paupertate,